

10

for Colchicine 250.

In de hofst. Praparate dicht daar
Vonaken op eenem

Exhibit Cxxxviii

Bulla de la concesion de la abaduria de
San Martin le Antillo y San Matias de
Xerez
y Basílica de la Asuncion de Ntra Sra
y de la Universidad de Xerez

Cajón 1.º El Medio.
Soy 1º Num 3º

Bulla 2º Collegij & anexione
rum Beneficiorum (S. Martini
Seville, S. Matheo & Xeriz, S. M.
Blas & Salvatierra) et aliam
facultatem & De Julio II.
Decimo sexto Kalendas Julii 1508.
Pon en la Bulla segunda copiada en
la concesion.

1858, el temporal qd' se cagó en la
interior del piso del templo con qd' se cagó en la
catedral.

SECVNDA BVLLA APOSTOLICA PRÆDICTI COLLEGIJ MAIORIS,

AC

VNIVERSITATIS HISPALENSIS,

DE ANNEXIONE TRIVM BENEFICIORVM, ET ALIARVM
facultatum, & prærogativarum eidem Collegio, ac Vniversitati concessarum, quæ
etiam comprehenditur in dicta confirmatione S. P. N. Clementis XI.

sub prædicta die XXVI. Octobris anni

DCC.XVI.



VLIVS EPISCOPVS,
Servus , Servorum
Dei, ad perpetuam rei
memoriam. Cùm per
litterarū studia Chri-
sti Fideles moribus,
virtutibusq̄ ornantur,
& quodam rore Cœ-
lico respersi sapien-
tiae, & intellectus spi-
ritum nanciscuntur, & præstant postmo-
dum cunctis opem sanioris consilij, æquum
reputamus, & rationi consonum , Nos vo-
tis illis benignè, opportunæ subventionis
auxilia impendere , per quæ Christi Fideles
huiusmodi laudibus , ac studijs commodius
insistere valeant. Ac aliàs statuimus, dispo-
nimus , & ordinamus, prout in Domino
conspicimus salubriter expedire. Dudum
siquidem vno, seu vna pontificali nuncupato
de Alocas , & Gomez Cardeña , & alio,
seu alia in ciudem , ac reliquo , seu reliqua
in Sancti Laurentij Hispalensis , ac alio, seu
alia etiam pontificali nuncupato in Sancti
Nicolai del Puerto , ac alio , seu alia in eius-
dem Sancti Nicolai, & reliquo , seu reliqua
in de la Parra locorum Hispalensis , & Pa-
censis dioecesis præstmonijs , seu præstimo-
nialibus portionibus , aut simplicibus bene-
ficijs per liberam resignationem dilecti fi-
lli Magistri Roderici de Sancta Ella , Archi-
diaconi de Reyna in Ecclesia Hispalensi,
Notarij nostri de illis , quæ tunc obtinebat
per certum procuratorem suum ad id ab eo
spécialiter constitutum, in mariibus nostris
sponte factam , & per Nos admissam apud
Sedem Apostolicam vacantibus. Et pro
parte dicti Roderici nobis exposito quòd in
Civitate Hispalensi , quæ inter alias Civita-
tes Regnorū Hispaniarū maior , & no-
bilis , & illius Ecclesia prædicta inter alias
Cathedralēs dictorum regnorū insignis
Metropolitana , in qua notabiles personæ
in numero copioso , dignitates, personatus,
administrationes, vel officia , Canonicatus,
& præbendas, ac portiones, aliaque benefi-
cia Ecclesiastica inibi obtinentes , ac pueri

Choriales in arte Musicae instructi existunt,
nullum Studium generale , seu Collegium
scholarium , hactenus fuerat , & propterea
tām prædicti , quām alij pauperes Schola-
res , & Clerici dictæ Civitatis , & dioecesis
Hispalensis studere volentes ad diversas Ci-
vitates prædictorum , & aliorum extraneo-
rum regnorum, in quibus studium generale
vigebat , ab eadem Hispalensi Civitate per
ducenta , & triginta millaria ad minus di-
stantes , in modo vivendi multum differen-
tes, non sine personarum , & rerum suarum
maximo incomodo , & detimento se con-
ferre cogebantur. Eveniebatque , vt dicti
pauperes , postquam ad proiectam àetatem
pervenerant , à sacrorum ordinum promo-
tione tanquam pœnititus illiterati , & ignari
repellebantur , & minus idonei reputaban-
tur, & propter huiusmodi repulsionem tan-
quam desperati aliter facere non valentes,
ad prophana, & sæcularia officia , & exerci-
cia se convertebant. Et si in dicta Civitate
Hispalensi vna domus, seu Collegium scho-
larium pro vno Rectore , & duodecim, vel
pluribus scholaribus , ac vno , vel pluribus
Doctoribus , seu Magistris , qui eos in qua-
cumque Facultate instruere deberent , con-
strueretur , & ædificaretur , seu certa do-
mus , seu Collegium per præfatum Roderi-
cunt ad huiusmodi usum fabricari, construi,
& ædificari incepta , ad totalem perfectio-
nem reduceretur: illique pro Rectoris, scho-
larium, Doctorum , Magistrorum , servito-
rum , & aliarum personarum inibi pro tem-
pore existentium, ac duorum, vel pluriū Ca-
pellanorum sustentatione , Præstmonia, seu
præstmoniales portiones , aut simplicia be-
neficia huiusmodi perpetua vnirentur, anne-
sterentur, & incorporarentur, profecto Rec-
tor, scholares, Doctores, Magistri, servitores,
& aliae personæ in eodem Collegio construen-
do huiusmodi commodius sustentari vale-
rent. Nos eiusdem Roderici in ea parte sup-
plicationibus inclinati in dicta Civitate His-
palensi vnam domum, seu Collegium per ip-
sum Rodericum à fundamentis inceptam,
sed non finitam , in Collegium scholarium

pro

pro uno Rectori, & duodecimi, vel pluribus scholaribus, & Magistris, Doctoribus, nec non ad unum Altare Capella nuncupatum sub invocatione Beatæ Mariae de IESV constructum, & edificatum duas, vel plures Capellanias, perpetuas pro duobus, vel pluribus perpetuis Capellanis Presbyteris ad nutum Rectoris, & scholarium huiusmodi amovilibus, qui inibi Missas, & alia Divina officia celebrare, & ipsorum scholarium, ac aliarum personarum in dicto Collegio existentium Confessiones audire, & illis Eucharistiae, & alia Sacra menta Ecclesiastica, sine alicuius præiudicio, etiam tempore interdicti ordinaria authoritate appositi ministrare possent: dummodo ipsi causam non dederint dicto interdicto, nec id contingit eis, specialiter interdici authoritate Apostolica, ereximus, & instituimus, ac illi pro eius dote, & Rectoris, scholarium, Magistrorum, Doctorum, Capellanorum, & aliarum personarum eiusdem Collegij necessaria subventione, & illorum sustentatione, & manutentione dotem per ipsum Rodericum iam assignatam, nec non præstmonia, seu præstmoniales portiones, aut simplicia beneficia huiusmodi, sive per resignationem eamdem, siue alio quovis modo vacarent, cum eorum iuribus, & pertinentijs dicta authoritate perpetuo vivimus, annexuimus, & incorporavimus: ita quod liceret ex tunc dicto Roderico nomine dicti Collegij, & deinde Rectori, & scholaribus pro tempore existentibus, per se, vel alium, seu alios corporalem præstmoniorum, seu portionum, aut simplicium beneficiorum, iuriisque, & pertinentiarum prædictorum possessionem propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere: ac illorum fructus, redditus, & proventus in Rectoris, scholarium, Magistrorum, Doctorum, Capellanorum, servitorum, & aliarum personarum huiusmodi sustentationem convertere, dioecesani loci, & cuiusvis alterius licentia minimè requisita. Ac prefatum Rodericum quoad viveret, & post eius obitum personam, seu personas, per eum nominandam, seu nominandas, Collegij, & illius bonorum huiusmodi administratorem, & Patronum, seu administratores, Patronos deputavimus, ac sibi quæcumque Statuta, & Ordinationes sacris canonibus non contraria pro Collegij, Rectoris, scholarium, Magistrorum, Doctorum, Capellanorum, & aliarum personarum huiusmodi scelici directione, condendi, & ordinandi facultatem concessimus, quæ postquam condita forent, dicta authoritate confirmata esse censerentur.

ipso. Præterea Collegium, Rectorem, Scholarum, Magistros, Doctores, Capellanos, servidores, & alias personas in eodem Collegio cursantes, audiuentes, legentes ab Archiepiscopi Hispalensis pro tempore existentis iurisdictione, aminio, potestate, & illius Vicariis, & Officialibus totaliter eximimus. Ita quod Ordinarius, Officialis, & Vicarij predicti aliquam in Collegium, Rectorem, scholarum, Magistros, Doctores, Capellanos, servidores, & alias personas, res, & bona huiusmodi (etiam ratione delicti, contractus, aut rei, de qua ageretur, ubique committentur delictum, iniungitur contractus, & res ipsa consisteret) iurisdictionem exercere, ac superioritatem, & autoritatem habere non possent. Decernimus quodque Collegium, Rector, Scholarum, Magistri, Doctores, Capellani, & aliæ personæ in illo pro tempore degentes, omnibus, & singularis privilegijs, prærogativis, indultis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, & gratijs generalibus, & specialibus alijs Collegijs studiorum generalium dictorum regnorum in genere concessis, & quibus in illis legentes, degentes, audientes, & commorantes rebentur, potiebantur, & gaudebant, uti, potiri, & gaudere. Ita quod in eodem Collegio studentes tantum in artibus, Logica, & Philosophia, Theologia, Iure Canonico, vel Civili Baccallaureatus, Licentia, Doctoratus, Magisterij gradus respective ad instar aliorum studiorum generalium dictorum regnorum, postquam cursus suos fecissent, suscipere liberè, & licetè possent, & valerent, statuimus, & ordinamus, ac sibi desuper indulsimus, & concessimus, prout in nostris litteris constitutis plenius continetur. Cum autem dictus Rodericus unum in Sancti Martini Hispalensis, & alium in Sancti Mathei oppidi de Xeritio, ac reliquum in de Salvatierra praedicta Hispalensis, & Pacensis Dioecesis parochialibus Ecclesijs perpetua simplicia beneficia Ecclesiastica, servitoria, quæ obtinebat, per dilectum filium Gundisalvum de la Parra, Archidiaconum de la Parra in Ecclesia Pacensi procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum, hodie in eisdem manibus nostris sponte, & liberè resignavit. Nosque posteriorem resignationem huiusmodi duxerimus admittendam, nullusque de dictis servitorijs beneficijs, præter Nos, pro eo quod Nos dudum omnia beneficia Ecclesiastica apud Sedem eamdem tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & dispositioni nostræ reservavimus, decernentes ex tunc irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari, hac vice disponere potuerit, sive possit reservatione, & decreto obstantibus supradictis. Et sicut exhibita nobis nuper

pro parte Roderici, Rectoris, Scholarium, Magistrorum, Doctorum, Capellanorum, servitorum, & aliarum personarum prædictarum petitio continebat, si dicta servitria beneficia eidem Collegio, seu domui perpetuo vniarentur, annexerentur, & incorporarentur, ex hoc profecto Rector, scholares, Magistri, Doctores, Capellani, servitores, & alias personæ prædictæ commodius se sustentare, & onera eis pro tempore incumbentia facilius perferre valeant. Pro parte Roderici, Rectoris, scholarium, Magistrorum, Doctorum, Capellanorum, servitorum, & aliarum personarum prædictarum, afferentium fructus, redditus, & proventus dictorum beneficiorum servitoriorū centum ducatorum aurei de Camera secundū communem extimationem valorem annum non excedere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut dicta beneficia servitria eidē Collegio, vel domui perpetuo vnierte, annexere, & incorporare, ac alias in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Ecclesiastica beneficia alijs vñiri, exprimere verum annum valorem secundū prædictam extimationem etiam beneficij, cui aliud vñiri peteretur, alioquin vnio non valeret, & semper vñionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum intereset, Rodericum, Rectorem, scholares, Magistros, Doctores, Capellanos, servitores, ac alias personas prædictas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latit, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes: ac fructuum, reddituum, & proventuum dicti Collegij, seu domus, verum annum valorem præsentibus pro expresso habentibus, huiusmodi supplicationibus inclinati, prædicta servitria beneficia, sive per posteriorem resignationem huiusmodi, sive alijs quibusvis modis, aut ex aliorum quorumcumque personis, seu per similem dicti Roderici, vel quoruimvis aliorum resignationem de illis in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam yacent, etiam si tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio, iuxta Lateianensis statuta Concilij, ad Sedem eamdem legitimè devoluta, ipsaque beneficia servitria dispositioni Apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reservata existant. Et super eis inter aliquos his, cuius statum præsentibus haberí volumus, pro expresso, pen-

deat indecessa: dummodo eorum dispositio ad Nos hac vice pertineat, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem Collegio, seu domui perpetuo Authoritate Apostolica tenore præsentium vnimus, anneximus, & incorporamus. Ita quod deceat ex nunc eisdem Rectori, scholaribus, per se, vel per alium, seu alios, corporales beneficiorum servitoriorum, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum possessionem propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, ac illorum fructus, redditus, & proventus in suos Rectoris, scholarium, Magistrorum, Doctorum, Capellanorum, servitorum, & aliarum personarum Collegij, & beneficiorum prædictorum, sustentationem, conservationem, & augmentationem, & in alios vius, & utilitates convertere, dicecesanorum locorum, & quorumvis aliorum licentia super hoc minimè requisita. Non obstantibus voluntate nostra prædicta, ac foelicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque. Aut si aliquis, super provisionibus sibi faciendis, de huiusmodi, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in alijs partibus speciales, vel generales dictæ sedis, vel Legatorum eius litteras impetrat, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quas quidem litteras, & processus habitos per easdem, & inde secuta quæcumque ad dicta beneficia servitria volumus non extendi: sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibuslibet alijs privilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quæ presentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim, quod de cætero perpetuis futuris temporibus dignitates, personatus, & beneficia Ecclesiastica (etiam curam animarum habentia) obtinentes, & Presbyteri nunc, & pro tempore per triennium in eodem Collegio dumtaxat leges audire, & in his studere liberè, & licite valeant: & quod Collegium præstimonia, præstimoniales portiones, aut simplicia servitria prædicta, ac quæcumque alia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura eidem Collegio nunc, & pro tempore, perpetuo, vel ad tempus quavis etiam Apostolica Authoritate vñita, annexa, & incorporata, ac ipsius Collegij res, & bona quæcumque à quibusvis decimis, subsidijs,

gravaminibus, impositionibus, & oneribus etiam ad quarumcumque personarum, etiam Regum, & Reginarum instantiam, aut alias, ac charitativis subsidijs tam per locorum Ordinarios, quam quoscumque alios etiam per Nos, & sedem prædictam, aut eius Legatos, etiam ex quibusvis vrgentissimis, & maximis causis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs Decretis in genere, vel in specie, etiam nominatim Collegio, præstitionis, prælimonialibus portionibus, aut simplicibus, vel servitorijs, & alijs beneficijs prædictis, nunc, & pro tempore, vt præfertur vnitis, annexis, & incorporatis, ac alijs rebus, & bonis Collegij huiusmodi nunc forsan impositis, ac pro tempore imponendis, libera, exempta, & immunia sint, & esse censeantur: nec illorum ratione, vel causa aliquid solvere teneantur, nec ad id à quocumque Collegium, Rector, scholares, Magistri, Doctores Capellani, servitores, & alia personæ huiusmodi inviti compelli possint: Quodque omnes, & singuli, qui in alijs Vniversitatibus studiorum generalium cursus suos fecerint, & hoc legitimè probaverint, in dicto Collegio repetendo, seu vnam repetitionem publicam faciendo, & rigorosum examen subeundo, in eodem Collegio quoscumque gradus, si per examinatores approbati fuerint, recipere valeant, præfata Authoritate Apostolica eorumdem præsentium statuimus, decernimus, & ordinamus, ac priores litteras prædictas, quo ad hoc vt nedum Collegium, Rector, scholares, Doctores, Magistri, Capellani, & alia personæ degentes, sed etiam audientes, vel cursantes in illo pro tempore, omnibus, & singulis privilegijs, prærogatijs, indultis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, & gratijs, alijs Collegij studiorum regnorum etiam in specie nunc, & pro tempore concessis, vt concordet cum alijs verbis in dictis litteris supra appositis, videlicet: gratijs generalibus, vel specialibus vti, potiri, & gaudere, Ac in eodem Collegio studentes, audientes, & cursantes, ac alijs repetitionem huiusmodi, vt supra facientes, etiam in medicina Baccallaurus, licentia, & magisterij gradus respectivè suscipere, ac etiam privilegijs, indultis, concessionibus, & alijs gratijs huiusmodi, quibus etiam in Vniversitate studij Salmaticensis pro tempore graduati, seu promoti vntuntur, potiuntur, & gaudent, vti, & potiri, & gaudere possint. Quodque Rodericus quoad vixerit, & post eius obitum persona, seu personæ per eum nominanda, vel nominandæ, huiusmodi quæcumque statuta, & ordina-

tiones Sacris Canonibus non contraria, tam pro Collegij, Rectoris, scholarium, Magistrorum, Doctorum, Capellanorum, & aliarum personarum huiusmodi fœlici directione (vt præfertur) quam etiam circa ordinem in ipso Collegio cursandi, ac cathedralium, & illas regentium, & cursus agendos, & quem ordinem cursantes servare debeant, ac etiam circa graduandos, & illorum examen, nec non qualitates, & numerum examinatorum, ac expensas, quas examinandi, vel graduandi, vel promovendi facere tenentur. Ac salario regentium, & aliorum officialium studij constituenda, nec non dispositionem temporum, & horarum legendi, ac omnium, & singulorum aliorum, quæ prosperum, & fœlicem statum, & ordinem, ac directionem, utilitatem, honorem, conservationem, manutentionem, & augmentum dicti Collegij in spiritualibus, & temporalibus concernunt, condere, statuere, ordinare, cassare, derogare, mutare, addere, declarare, interpretari, corrigere, & alia de novo in totum, vel in partem facere, quæ eo ipso dicta autoritate Apostolica confirmata sunt, & esse censeantur, liberè, & licite valeant. Authoritate, & tenore similibus extendimus, & ampliamus. Non obstantibus præmissis, ac statutis, & ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Collegij iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & cōsuetudinibus, ac omnibus illis, quæ in dictis pro prioribus litteris voluimus non obstat, caterisque contratijs quibuscūque. Proviso, quod dicta servitoria beneficia debitæ propterea non fraudentur obsequijs: sed eorum congrue supportentur onera consueta. Et insuper, provt est, irritum decernimus, & inanè, si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, vnionis, annexionis, incorporationis, statuti, ordinationis, extensiōnis, ampliationis, & decreti infringere, vel ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octavo, sexto decimo Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno quinto.

Concuerda esta copia con la Bula original, de donde fue sacada.